Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus brevis et vtilis de interdicto - Cod. Aug. pap. 146

Otto <I., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau ?], [15. Jahrh.]

Tractatus de supersticionibus Felicis Hemerlin

urn:nbn:de:bsz:31-93334

Visual Library

Tractatus de supersticionibus felicis hemerlin

Questione nuper mota soluere volentes. Quam vore coniuracionis ante epulantes in mensa domini resonante et risu tali exponentes. Quidam rusticus habebat vaccam in gutture quadam passione grauatam. Cui post antiquorum consultacionem tale ut infertur similem fecit exorcismi benediccionem in suo vulgari sonantem. Ob das sy das maria magt oder junkfrow ain kind ihm gebar so komme disem tier das blat ab in dem name des vatters etc.

Et ex hoc themate possunt fore sex questiones

Prima utrum curam de animalibus habere teneamur.

Secunda utrum defectus aut dolores ipsorum in nomine domini licite tolli et sanari petamus.

Tercia an benediccionibus aut maledictionibus ad animalia bruta ut ad rem inanimatam uti valeamus

Quarta an omnes coniuraciones benediccionum vel maledictionum generaliter sint prohibende.

Quinta an exorcismos carminis ut necessitacionis coniuraciones sint detestande

Sexta an propter aliquos gestus ritus aut mores coniuracionum actus ipsorum sit detestandus.

Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Minuisti hominem paulominus ab angelis. Omnia subiecisti sub pedibus eius oves et boves universas insuper et pecora campi condeliz equos et mulos camelos et asinos capras et hircos. ut ipsorum ministerio humane fragilitatis releuetur oportunitas et ipsorum obsequio

Pertinet domino gallo [illegible] bar[illegible] in [illegible] professionum [illegible] sorio.

res ille ipius humanitatis necessitas Et uidemus inopportunia quod sine talium et aliorum animalium domesticorum suffragio subsistere non potest totius humanitatis condicio Et ideo dominus dat iumentis escam ipsorum et pullis coruorum inuocantibus eum Et dixit mat xij Quis ex uobis si habuit ouem unam et ceciderit in foueam non tenebit et leuabit eum Nunquid de bobus et passer non cadit de tecto Et dominus in arcka noe fecit concludi animalia bruta et conseruari in loco singulari Unde dixit beatus in epistola Ad carnem mundi militie habeas curam de animalibus tuis quia sitiunt et esuriunt et petere non nouerunt Nam oculus domini impinguat equum Ac si diceret solite uisitationis officium Unde dicit dominus si asinus tuus ceciderit in foueam Et hoc quantum ad primam questionem de cura animalium habenda.

Ad questionem secundam Utrum offertas aut dolores animalium brutorum in nomine domini licite tolli petamus et uidetur quod sic Ita hac pietatis affectione motus sanctus ieronimus efulsit sentem spinam de pede leonis ad habitatorem sua uenientis Et facta cruce benedictionis in nomine domini nostri ihesu christi leonem sanauit Sic sanctus elogius pedem equi offertam in nomine domini nostri ihesu christi restaurauit Sanctus quoque germanus equus in curia regis brittanie asinum suum mortuum suscitauit Sanctus egidius ceruam a uenatoribus perscrutatam defendit et sagitta in manu sua suscepit et uulnus suum benedictione facta sanauit Et sic uidetur animalium curatum benedictione fore

scegnt facta Et mundo qui tristus animaliu usus e
ministerio uidet asino ad egiptu cu matre et
suo nutricio pergendo et reuertendo Et in die
palmaru usus e ipsius obsequio –

Ad terciam questionem an benedictionibus aut ma-
ledictionibus ad animalia bruta et adeo in
animata uti ualeamus Cognito uno oppositorum
cognoscitur et reliquum Nam quod dominus et eius electi
benedixerunt hominibus nullu e dubiu sed quod ma-
ledixerit hominibus patet in eua et omnibus mulie-
bus in dolore parturientibus Item de brutis
patet de serpente ibidem et in re inanimata patet in
ficulnea Unde sanctus wilhelmus lausonensis
episcopus ab anguillis lesus maledixit et deso-
lauit lacus magni lausonensis prout hodie
ab isto lacu a fluminibus intrantibus in istu lacu
sunt expulse Et quod comprimit moderno episcopus
lausonensis con sanguisugas in diebus nostris
pisces maiores et precipue salmones mira-
biliter inficientes letaliter quasi pugnantes et
ad litus aquarum pellentes Doctissimi dictamina
de sacris scripturis collecta dictari fecit et per cer-
ta dierum intersticia sollempniter publicari et
ad effugandum et repellendum huius bestiolas
multiplicit perfecit Unde temporibus nostris uidetur
compertu circa unum genus uermiculorum noctur-
nociuorum qui uolgariter dicuntur niger Et hunc textu
nominis intimo meo presidere ethimo? de brutis
et reptilibus conscriptum hii uermiculi sunt ad lon-
gitudinem unius medii digiti uel in magnitudine

[illegible]

vmo intiens minoris digiti et albi in capite
nigri admodum therdonis pedibus semper apud ru-
rales notissimi hii tempore hyemali terram
intrant et mox infra radices graminum sine
respitu et herbarum enecuant et taliter quod ista lo-
ca consequntur tempore vernali marcescunt et penitus
vilescunt Sic siue agunt vermes norebut et iterum
tempore estiuali pennas et alas resumunt et arboribus
inherent et folia fructus quod consumunt Et dicuntur
volgariter laubkäfer Nunc ad propositum audias
quid in diocesi curiensi sit factum ubi hec animalia
terribilia fererunt dampna Nam incole illius terre
hec animalia per iura dicta citari fererunt ad iudici-
um prouinciale et seruatis processibus processus iuris in
diversis terminis et figuris assignantes ipsis procura-
tores et aduocatos et sollempniter contra eos pro-
cedentes finaliter procuditum fuit sententialiter
conclusum Quia quo fuerunt dei creatura et prius-
ter asserunt sua alimenta Et ne suo defraudentur
cibo ipsis unam regione desertam et nemo-
rosam constituerunt et quod ibidem remaneret
et alias terras ibidem uicinas non occuparet
Et ita factum est usque in diocesi presentem Simile di-
de alio loco in diocesi constantiensi constituto
Et ideo non mirere Nam constat quod animalia bruta
per rationabilia benedicuntur et maledicuntur Vnde
plures misteria domini comprehendentes aut penitus
ignorantes obloquendo dictum dominum lausanensem
sibi quod detrahentes episcopo quod usus fuerit talibus ex-
orcissmi eloquio Attamen omnes studii haidel-
bergensis doctores huius rei audientes et legentes

consenserunt Ex predictis patet si placet et constare po-
terit quod excommunicationis exbannitionis et relega-
tionis et exterminationis edictum convenit et appli-
cari rebus inanimatis Nunc redeamus ad propositum huius
fore exorcismi seu vulgaris benedictionis Nam
non dubitamus quin per singulos dies et annos benedica-
mus escas pultes carnes et panes omnium et pisces
victui nostro de divine maiestatis providentia
creatas et deputatas ut ad usum nostrum proficiant
Et quare non canes iumentes animalium benediceremus
ut ad nostrum profectum non deficiant Ita oramus
ex ecclesie statutis pro salute mentis et corporis que
salus persistere non potest sine talibus creaturis et tali
creatura sine alimentis Unde legimus in ecclesia
de sancto blasio martire et episcopo quod besti-
silvestres ad eum venerunt benedictionem Et in illum
finem suis utebantur benedictionibus ut salvarentur
a bestiis crudelioribus Item quedam mulier
eum rogavit ut sibi porcum reddere a lupis
abstractus qui suis precibus sibi fuerat restitu-
tus Et videmus per singulos dies quod illi qui
equos vel asinos aut porcos castrant idest te-
sticulos enervant in nomine domini invocant mag-
num sanctum anthonium ut suo presidio prestet illis
animalibus sanitatis auxilium Item sepe vide-
mus compertum quod illi qui offendunt porcos sancti antho-
nii donatione fideli parentum applicatos fore
punitos Item videmus huius porcos campa-
nella signatos in domos priores numquam
venientes revertentes aut reversuros sicut faciunt
alii porci qui fuerant sui consodales Sed ante

quida pdicantes preptu dni et supsticionis uici
um psequntes et puto q supsticionis effectu fu
damentalit n intelligant Et q inhuis psetu
tonis psetudie supsticionis crime inuadent.
Sicut ille qui in confessionis scrutinio nimiu
curiosus plus querit qua deceat aut ostenens ex
multiloquio et ubo ocioso de quo reddenda e
racio nimium excedat Et q multo tacent hu
miles et fructuose confessionis et nō primo Sic
ad propositu nō intelligunt supsticionis effectus
ut supsticionis crime incurrant apud semet
ipm nimiu curiosus et sine libris et capite proprio
procedit agitatus.

Ad tercit puenamq ad quartu questionem
an omnes incantaciones benedictionu aut male
dictionu generalit sint phibende De qua tenz
pono benedictoz aut exorcismi placet Ita si
quis ht equu preciosum quinquaginta ut centum
florenoru. uermibz corrodentibz qui moriturus
Et si bonus ho sanat tlem equu premodicu ordinez
uerboru in aures aut latus aut os equi sufflatoz
que tn uerba cnt nomi nō sit cont fidei articulos
aut alias contra bonos mores nō puto q ille
exorcizans mortalit peccaverit qui talem equu
tendo sim et hoies angustiatu timet se et suos
dampnificandu liberat et a periculis expensarum
et dampnis Puto qui tlet ut sibi silr exorcis
mos pdicat uitandos aut stubit dimitten
dos fuerit tam paup aut simpl religiosus q
nunq fuit sibi equu proprius ut asini dnacionis
usus Nam eunuchus ut ho frigidus a alias r

potens · l' maleficiatus et non lenis carnis stimulos
lenit detestatur acerrime fornicacionis a luxuriose vi-
ventes. cum tamen de simplici fornicacione inter solu-
tum et solutam cum sit de pcto mortali reddam
modicum tonez Nam doctores ponunt certos actus
indifferentes qui non sunt vicia ut virtutes pro
ut contingit inter plus ut minus vigilantes ut
dormientes Et credo quod ille qui liberat hominem
et equum a tali periculo quod sit purum peccatum indifferens
sed sit inter promerentes et operis mine virtutes
sicut ille qui hominem telo confixum certo carmine
liberat et sine dolore telum redicitus enervat
Et ille qui vulnus hominis recens illatum bono car-
mine carminat et taliter quod vulnerato nil mali
contingat Similiter oculos et alia corporis humani
membra carminat et hominem a dolore liberat Ita
dicit apostolus Omnia quecumque faciatis in nomine domini nostri
ihesu christi faciatis Et ille qui dicit omnia nullum
casum ut actum saltem bonum corrupit et sic in
sanandis hominibus ut pecoribus nullam discre-
cionem imposuit Unde dicit lex imperialis C. de
malefitiis a peti Et az° ibidem de summa Et
concordant doctores canonum et presertim archi-
diaconus quod ille qui tempestates arte sua repellit
per malam artem alterius qui artificialiter demo-
num adiutorio tempestates procuravit quod ille
repellens meretur Sed modo ulterius procedendo ad
casum theotis de narra et rustico qui narra sa-
navit et fortassis per suum sacerdotem terribiles
correctiones sustinuit Nam unde quod taliter
disposuit ipse rusticus. Sig dz war das maria

magt ain kind gebar etc Ac si diceret iuxta quo-
rundam oppiniones ego dubito quod virgo genuerit
sed si est verum fac signum sicut filio diabolus dixit
ad xpm Si filius dei es dic ut lapides isti panes
fiant Et alii exponunt doctores hanc dictione
si in pluribus oracionibus ut hic Si deus et animus ut
nos carmina dicunt Ibidem hec dico si posui pro quia
Et erit bonus katholicus sensus quia iste katho fuit ho-
mo carissimus Sic sepe scribit ezechiel xx ubi dicit
Si iudicas eos expone quia ad te domine pertinet iudi-
care etc Sic in psalmo lvii Si vere utique iusticiam lo-
quimini recte iudicate filii hominum Et hic sepe si pro quia
ac si diceret quia vos filii hominum ut si quis dixerit
Si in inferno nulla est redempcio vos quod terribilis est
dilligens recordacio Et omnia premissa nichilominus
fecerunt credit si pretexto sciere non potuit Unde vide
quod ille rusticus qui taliter in simplicitate sui cor-
dis eloquio usus est tali exorcismi simplicis
oraculo a suis superioribus senioribus sepe probato
non peccavit quia sermo suus taliter et formaliter
exponi potuit ut dicendo quia fecerunt credo verum
esse quod maria virgo peperit et sic se et parvulos
suos de tanto dampno liberavit et bene exponendo
nendo tunc hec verba sunt de sancto evangelio luce
quod dicit xpm natum de gloriosissima virgine
maria Sed ad hunc quomodo simpliciorem
de xxmiatoribus ultimus procedamus Nam non dubitamus
quin inter plebium sulcos et vulgarium tumultus
sunt infinite carminum ut carminacionum exer-
cicio exorcismorum benedicciones et malediccones
inter quas putamus plures fore mixtas supersti-

tiosas et etiam aliquas bene valentes de quibus fit
mencione frater Iohannes in summa confessorum sortilegiorum
pretas questiones Et reprimo propriam et suas opini
ones aliquas fore multum efficaces et non omnes
in omnes Et generaliter sine discrecionis et di
stinctionis calculo simpliciter omnes prohibendo quod
ut facit quidam doctor de superstitionibus in certo
tractatulo super specialiter quod ut gallus transit per
prunas loquendo non examinando singulorum
formas aut verborum virtutes ponderando Sicut
reuera multis sinceris hominibus noceret in iurian
do sicut ille qui generaliter sine qualificatione dicit
omnibus debitoribus meis dimittendum hoc est in
iurias et dampna et molestias pertinaciter
inferentibus fore simpliciter et de plano parce
dum iuxta orationis dominice decretum hic me
ti quod alias in iuria passo salubris da remedi
um ne dapnificator de sua malicia tanto
leuius reportet commodum prout doctores theolo
ice veritatis et canonici iuris scribunt virtutis sa
lutaris remedium Et presertim inter alios eximi
us ille guilhelmus durandi qui composuit iuris
speculum et librum qui dicitur racionale diuinorum et ibidem
de officio misse et in orationis dominice clara de
claratione Et ibidem ut alibi poteris videre Sic
similiter de usuris generalem facere prohibitionis
detestatorium tractat in titulo in multis casibus usurarum
contractus videantur permissus ut vide per hostien
sem et goffredum eodem titulo in suis summarum
collationibus Item qui dicit indifferenter
omnes sermonum innouatores ac ipsorum ministerio

fingentes sub criminales peccati dampnabiles hij erant corde non considerantes quod sanctus theodorus sedunensis episcopus unam magnam campanam sibi per summum pontificem certum leonem papam liberaliter donatam de urbe romana usque ad sedunensis ecclesie loca potenti ferebat simpliciter per demoniorum obsequia Nam virgilius gentilis et symon magus iudeus magnalia perferebant per demoniorum obsequia Et quare non sancti viri katholici perficerent ut ipsis obedirent demonia Ita et exorciste restringunt dyabolos ut exeunt corpora possessa Sed ad propositum superstitionis expressum tam generaliter et indifferenter predicantes sub pena mortalis peccati tam terribiliter fore detestandum Et nimium curiosum vitiis notabiliter perscrutandum quod ut per sanctum thomam et alios doctores cum subtiliter diffinitum se cum superstitiones per scrutacione dampnat ire ad infernum inferiorem.

Dicendum nunc ad quintam questionem qua non An ipse rigmos carminis vel versificationis carminationes sint detestande Et sunt sibi plures audientes predicantes et exorcismorum rigmos vel metrorum exametrorum ut penthametrorum aut liricorum aut alios eorum usus fore detestandos non perpendentes quod sancta ecclesia in ymnorum et canticorum dictaminibus frequenter recipit huius dictaminis modos ut in primo conditor alme siderum usque in finem Et qui ponit ymnos e certorum pedum passim et sillabarum determinatum numerum Et porto sillabas nobilium et rusticorum videntur

corrizandi tapari passus unde generaliter omnia ca-
rmina metrice ut rigmatice dictata levius meo-
rite mentibus humanis videntur incorporata Sed pro-
sa simplex et privata scriptura tardius concor-
ritur repetenda.

Ad propositam questionem qua queritur An propter ali-
quos gestus ritus et mores carminantium actus
eorum sit detestandus quia quidam in suis carmi-
num prolationibus habent diversos et adversos modum
tactuum et gestorum ritus et apparatus Dico quod Christus
illuminando cecum a nativitate non simpliciter verbo
compressit prout cum aliis infirmorum corporibus Nam loca
oculorum tetigit lutum de terra et sputo confecit et
consequenter ipsum linivit et postea ad natatorium Sy-
loe transmisit et ut et se lavaret precipiens commisit
Quibus omnibus perfectis cecus illuminatus fuit Sed cum
leprosum sanavit simpliciter imperando dixit
mundare Et hic taliter sanatus recessit .. Item
sanctus marcus evangelista sanando sutorem in ma-
nu sinistra lesum expuens in terram et de sputo
to et terra faciens confectionem et inposuit manui
sutoris lesam in nomine domini nostri ihesu christi cum cru-
cis signo et ipsum sanavit Et sanctus ieronimus
predicto similiter per signum crucis et in nomine crucifixi
leonis pedem restauravit Item propheta samu-
el resuscitando puerum vidue sarepte mirabiles
fecit ritus apparatus et gestus antequam fuit puer
resuscitatus Unde nec eapropter alios sanctos vi-
ros suis apparatibus gestibus et moribus principaliter
arguamus cum ipsius christi actio nostri sit instructio
et consequenter aliorum christi fidelium si quos fecerint

signorum apparatu non tamen arrogant corrigamus
Vnde desup quot ritus tactus et mores ex-
cercent presbiteri in pueulis baptizandis qui in
primitiua ecclia fuissent exorbitantes Nam
baptizabant in noie xpi et omnes fuerunt gra
sancti spus muniti Vnde legi et nota in ca°
Estote de regulis iuris quod in hiis in quibus dubi-
tatur quo aio fiant nisi expresse sint mala
hec in meliore partem sunt interpretanda
Et sorin ea que preito bono aio fiunt et dubia
in meliore ptem sut interptanda Sic interdu
excusatur mendacium sicut contingebat in egipto te-
pore pharaonis de mendacio obstetricum et reputa
aquibusdam opus meritorium sicut etiam ille ex-
cusatur qui homine absondit alatronibus uel
raptoribus quesitum licet strictum stricto iure dicatur
quod pro nullo bono malum sit faciendum Sed econtra
dicitur inter duo contra mala minus malum est eligen-
dum Et legi uni simpliciano premitur libris neces-
sariis orbato et incarcerato saluo tamen semper sani-
ori consilio uiri quod ramantes et ubis con fide
katholica aut iuris dispositionem non proferentes
sed simpliciter et deplano ad saluandum creatu-
ras oipotentis animatas quam in ciuitas sicut iu
stitiis in thremate descriptis simpliciter expressit
et quod idem non peccauerit si poria meruerit quia
se et suos pauperculos quorum cura iure diuino et
humano naliter gessit de magnis dampnis et
penuria releuauit Vnde uera premittitur ne
pereat fructus inkia nra misericordie diuina diffu-
sus si ueritas imminet in die sancta colligam

et defalre et recep tarut fidelit reponā quod
alias sine neritate tamq̄ in morte prius nō
recreditu Cluat ergo ut putas imminet et urget
neccitas dum principibus infantibus fame lame-
tabilit eiulantibus resorilla at tam magni
q̄ perti et comparois tenti sicut principe restau
rare equis gentibus aut mula redimat cum
magni potentatis et tat restaurare sit pretam
facilis et lenis sine lesione fidei benedictionis et
uborum rite Noverant enim q̄ sui talit perfecto-
res perferent Et fortissis e archanum dei q̄ sti
uni preuelatores diuinaz preperunt sicut olim phi
¶ uerbū mancipata reservatū tentū et portatū
cum pestilencia fidelit credentes servitate pre-
perunt Nam convenienter uī q̄ ab eccia permitti
q̄ illi qui preterita uborum formas sapientes tol-
lunt q̄ ut apli ferent et tangunt et in medici
nalibus confectionibus multiplicite deducunt ymo
legalibus sanado u du fundamentalit infertos
multum proficiunt Et ecce q̄ ille qui propie talibus ue
borum exorcismis in eadem forma nō uti lz
forciora loquā nil tn aput sapientes opa fore
pretiosa et mirabilis deus in sanctis suis hominibus
gressit hec misterium bonis sibi et criminosis et ide
ipse deus omnia q̄ filii sui corp sacratissimū per bo-
num et malum sacerdotem prescripta et determinataz
uborum formam et nō aliam de summo celorum throno
ad altaris mensaz capta et per sacerdotis eiusdem
tangi et leua manum mundam ut in mundaz
Unde dicit gregorius q̄ miracula minora per maiora probantur
Cum ergo e miraclm sit prescripta uborum forma de-

experiencia veritate sumptam saniamque equum et
bovem mulam aut vaccam gravi dolore sau-
ciatam. etc. Explicit tractatus de superstitionibus
honorabilis viri magistri felicis hemerlin pro tunc
lucernensis incarceratus etc.